in p(re)celsis montib(us) situ(m) cu(m) no(n) ob altitudi(n)e(m)
urbiu(m) hochenburg erat. Qui sibi aptus
videret(ur) fore ad explendu(m) desideriu(m) sue
voluntatis si ipi(us) venerabili paternitati
placeret. Qui et olim p(ro)pter firmitate(m)
atq(ue) defensionem ingruencium belloru(m)
constructus t(em)p(or)e marcelliani regis fertur
esse. Pedarcus i(gitur) vir dei eoru(m) manifestaci(on)i
consensu(m) p(re)bens. conuicte ip(su)m peragrans
locu(m) diligenter q(ue) investigans. deo gra(tia)s
referre cepit q(uod) sibi talem dignaret(ur)
manifestare mansione(m) q(ue) tam competens
aptaq(ue) e(ss)et ad explendu(m) p(ro)positu(m) sui desi
derii. Moxq(ue) inibi eccl(es)iam ac cet(er)a edifi
cia q(ue) militantib(us) xp(ist)o necessaria sunt edi
ficari ordinavit. Huius g(ra)o thalamis ven
erabilis coniunx p(er)sinda ex nobilissimis
p(ro)genitorib(us) orta adherebat. sicuti asser
tione plurimoru(m) didicimus affinitate
s(an)cti leudegarii redimita. q(ue) quamqua(m) lege
coniugali ligata foret. t(ame)n elemosinis et
ceteris iusticie operib(us) dedita. nec n(on) sacras
paginas scripturaru(m) libenter audiens. deo
studebat illibatu(m) exhibere s(er)vitiu(m). memor
illi(us) ap(osto)lici quo d(icitu)r. Qui habent uxores
sint tamq(uam) non habentes et reliq(ua). Sec(reto)
Iudicio aut(em) dei veniente contigit ut ex eis
nata e(ss)et filia a natiuitate ceca. Pater
aut(em) ut audiuit q(uod) ceca nata erat. tur
batus est in se ip(s)o dicens. quia p(ro) aliq(uo) delicto
ei(us) hoc ei evenisset. et cogitabat ut eam
occidere p(re)cepisset. Dixitq(ue) ad coniuge(m)
sua(m). Nunc cognosco quia in aliquo deum
iratu(m) habeo. q(ui)a m(ih)i hoc euenit. q(uo)d an(te) hec
nulli ex genere meo contigit. iussitq(ue)
ut occideret(ur). Mater v(er)o eiusdem filie r(espo)ndit
dicens. Domine mi. noli e(ss)e tristis. cognosco
q(uo)d iudiciu(m) dei manifestu(m) est. q(uo)d ipse xp(istu)s
r(espo)ndebat discipulis suis de ceco nato in
t(er)rogantib(us) dicens. neq(ue) hic peccauit neq(ue)
parentes ei(us). s(ed) ut manifestet(ur) op(er)a dei
i(n) illo. Ipse v(er)o nolebat p(ro)pter h(ec) v(er)ba consolari.
s(ed) magis ac magis in corde suo dolebat
q(uo)d p(ro)pter h(ec) ea(n)de(m) puellula viua erat. Dixitq(ue)
iteru(m) ad coniuge(m) sua(m). magna(m) sibi vere
cundia(m) e(ss)e q(uo)d filia ei(us) visu oculoru(m) frust
rata esset. et idcirco p(re)cepit ei ut aliq(ue)m
sibi familiare(m) satageret q(ue)rere p(er) que(m)
ipsa puella occideret(ur). aut in eu(m) duceret(ur)
locu(m) vbi nu(m)q(uam) manifestaret(ur). Mater vero
magnis angustiis circumdata iussione(m) sui
mariti non sponte p(er)ficiens. huc illucq(ue)
a(n)i(m)o fluctuare cepit. ignorans quid filie
sue face(re) debuisset tandemq(ue) a(n)i(m)o suo
diiudicauit. meli(us) e(ss)e ut eam in peregri
naco(n)e ul(tra) i(n) aliq(uo)d latibulu(m) mitteret. qua(m)
p(er) consiliu(m) suu(m) morti traderet(ur). Et ob [illegible]
re d(omi)n(u)m deprecari studebat. ut consiliu(m)

sue g(ra)cie p(er) sp(iritu)m s(an)c(tu)m ei ondere dignaret(ur). qui
merencium consolator e(ss)e cognoscit(ur). Tunc
d(omi)ni inspirante g(rati)a recordacione(m) cuiusda(m)
femine cepit habere qua(m) ab infancia fami
liariter i(n) domo sua nutriebat. Eratq(ue) illi
quonda(m) fidelissima. s(ed) p(ro)pt(er) aliq(uo)d delictu(m) eo
t(em)p(or)e de domo ei(us) abiecta erat. et t(ame)n ia(m) marito
coniuncta. familia(m) cu(m) viro suo possidebat. Do
mina v(er)o ei(us) audiens ea(m) iam filiu(m) h(ab)ere. me
morq(ue) pristine familiaritatis. misit nunciu(m)
ut eam ad se cu(m) magna festinac(i)o(n)e accersi
ret. Que in p(ro)piu(m) sue domine gratulanter
amplectens sic p(er) nunciu(m) mandauerat. ve
lociter ad eam p(er)uenit. Postq(uam) g(ra)o se mutuo
viderunt. d(omi)na ei(us) cu(m) magna tristicia ei
cuncta replicando retulit. q(ue) ul(timo)? qualit(er) d(omi)n(u)s
sup(er) filia sua ma(n)dauerat. Ipsa aut(em) famula
ut audiuit q(uo)modo d(omi)na eius contristabat(ur).
multu(m) dolori illi(us) condolens dixit ad ea(m).
D(omi)na mea deo cara noli te merore affici
p(ro)pter filia(m) tua(m). q(ui)a ipse d(omi)n(u)s qui eam s(e)c(un)d(u)m
voluntatem sua(m) creauit. potens est etiam
i(n) ea restaurare q(uo)d imp(er)fectu(m) est. Quod si
v(est)re placuerit voluntati. tradite ea(m) michi
ad alendu(m). meu(m) e(ni)m erit d(omi)no adiuuante
eam p(er)ducere ad p(er)fecta(m) etate(m). Tunc ven
erabilis d(omi)na consolacione suscepta. acce
pit ipsa(m) puella(m) et tradidit i(n) manus ancille
dicens. Tibi eam do ad nutriendu(m). et d(omi)no
meo ih(es)u xp(ist)o commendo. Tunc ipsa gratulanter
accepta puella remeauit in domu(m) suam
et nutriuit ea(m) fere annu(m) integru(m). vsq(ue) du(m)
ipsi vicini sermocinarent(ur) cui(us) hec filia e(ss)et.
qua(m) ipsa tam honorabiliter nutriret. Nutrix
aut(em) eoru(m) agnicione p(er)cepta v(er)boru(m) magno
timore p(er)culsa. quia hoc palam fieri tim
ebat. quod occultare cupiebat. misit nunciu(m)
et intimauit d(omi)ne sue qualiter vicini ei(us)
loquerent(ur). Ipsa aut(em) ei remandauit ut la
tenter p(ro)peraret tra(n)sfugere [illegible] locu(m)
qui palma vocabat(ur). ibiq(ue) secu(m) ipsa(m) pue
llam occultaret. asserens se ibi habere
quanda(m) amica(m) q(ue) illi necessaria quibus
indigeret largiret(ur). Tunc iussionib(us) ei(us)
libenter obtemperans. ad consignatu(m) p(er)uenit
locu(m). et in eodem cenobio ipsam educauit
puellam. donec cuida(m) ep(iscop)o no(m)i(n)e erhardo
de p(ar)tib(us) baioarioru(m) d(omi)n(u)s in visione man
dauit dicens. Vade ad quodda(m) monasteriu(m)
quod dicit(ur) palma. et ibi inuenies puella(m)
a natiuitate cecam. accipe ea(m) et baptiza
i(n) no(m)i(n)e trine maiestatis. impones ei no(men)
otilia. et continuo post baptismu(m) visum
recipiet. Ipse g(ra)o hilariter preceptum sibi
iniunctum implere festinans. propere
ad p(re)fatum p(er)uenit locum. ac omnia sic
ei ostensa fuerant inuenit. Tunc accepit
ipsam puellam et s(e)c(un)d(u)m mandatu(m) sibi da
tum eam in fonte s(an)c(t)ificatum immersit.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 110r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/110r)